



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

6. de consequentibus auersionem an[g]elorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

ruerint per gratiam in cōuerfione habitam,
ideoque in eis simul fuifse meritum & præ-
mium. Aliis dicentibus quòd eam meruerūt
non per gratiam in confirmatione habitam,
quæ erat illis data, non ad merendum , sed
beatè viuendum, sed per sequēti a opera, nē-
pe obsequia nobis exhibita, per obediētiam
Dei, & rēuerentiā: & ita præmium præcessit
merita. & hoc mihi maximè placere fateor.

*Gratia ad magistrum
Ihesus ad Remmum
On.*

*Inter arti-
culos magi-
strū vide. I
ex. 2. lib.*

DE CONSEQUENTIBVS auerſionē Angelorum.

DISTINCT. Sextæ
CAP. Primum.

Summus inter Angelos cecidit.

PRæterea scire oportet quoniā sicut de' maioriſbus & minoriſbus quidā perſtitent, ita de vtroq; gradu quidā corruerunt: inter quos, omnibus aliis cadentibus, *Iob. 4.* vnuſ fuit excellentior, nec inter stantes ali- *Exech. 28.* quos eo fuit dignior, sicut testimoniiſ au- thoritatū mōstratur. Ait enim *Iob.*, Ipſe prin- cipiū viarū Dei: & *Ezechiel*, Omnis la- pīs preciosus opeſmentum eius, id est om- *Ho. 28* nis Angelus quaſi opeſmentum eius erat: *super* quia (vt dicit Grego.) in aliorū cōparatione *15.c.* cæteris clarior fuit. Vnde vocatus eſt *Luci- Lucae* fer, ſicut teſtatur *Eſaias*, Quomodo (inquit) *Eſa. 14* cecidiſti Lucifer, qui mane oriebaris? *Gen-*

Folio 92. b.
linea 22.

fiderans enim eminentia suae naturae, & profunditatem suae scientiae perpendens, in suum creatorem superbiuit, adeo quod Deo se æquare voluit, ut in Esa. dicitur, In caelum ascendum super astra caeli, &c. C. 14

C A P. 2. Lucifer deiectus de caelo Empyreo.

ET tanta superbia merito de caelo. i. Empyreo, in quo cum aliis fuerat, deiectus est in istum caliginosum aerem, cum omnibus suae prauitatis consortibus, ut in Apoc. de Dracone, qui tertiam stellarum partem traxit, Apoc. Ioh. dicit. Aerisque huius caliginosi habitaculii, illum & consortes suos exceptit, ut nobis Eph. 6

Folio 92. b. l.
7 146. b.

continuae sint exercitationis causa. Vnde Apost. Collect. est nobis aduersus principes & potest. &c. Non enim eis est concessum habitare in celo, quia clarus locus est & amoenus, nec in terra nobiscum, ne homines nimis infestarent: sed in isto aere caliginoso, ut dicit Petrus, quasi carcere, usque ad diem iudicij deputatus est. Tunc autem detrudentur in barathrum inferni, secundum illud, Matt. 25. Ite maledicti, &c.

C A P. 3. Hierarchia est inter Dæmones.

ET sicut inter bonos Angelos alij aliis praesunt, ita & inter malos alij aliis praelati sunt, quandiu durat mundus, sicut homines hominibus praesunt. Sed in futuro omnis euacuabitur prelatio, ut dicit Apostolus. Habent quoque, secundum mo-

I. CO. 15

dum scientiae maioris vel minoris, prælatio-
nes alias maiores vel minores. quidā enim
vni prouinciae, alij vni homini, aliqui etiam
vni vitio præsunt.

C A P. Quartum. Luciferum esse in
inferno problema est.

DE Lucifero quidam opinantur quod
ibi religatus sit, & ad nos tentandos
nunc accessum non habeat: quia in
Apoc. Apocal. legitur: Cum consummati fuerint
20. mille anni, soluetur Sathanas de carcere
Matt. suo, & exiet, & seducet gentes. quod erit
21. nouissimo tempore Antichristi: quādo erit
tanta tribulatio, ut etiam (si fieri potest) mo-
ueantur electi. Quem ibi religatum dicunt
ab eo tempore quo Christum tentabat in
deserto, vel in paissance Christi, & victus fuit
vbiq;. Alij autem ex quo cecidit, pro peccati
magnitudine illuc fuisse demersum. Sed
ne in infernum demersus sit, siue non, cre-
dibile est eum non habere potestatem ac-
cedendi ad nos, quam tempore Antichristi Nō est adē
est habitus. & ideo fortè tunc dicitur sol-pta dæmo-
uendus. Etiam illis dæmonibus videtur adi-nib⁹ pote-
mēda potestas alios tentandi, qui à sanctis s̄as homi-
nastē & pudicē viventibus victi sunt, ut di-nes tentan-
To. I. cit Orig. Quod quidam putant intelligen-di.
Ho. 15 dum de vitiis in quibus superati sunt.